



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 71. Novum vectigal in Belgio a Duce imperatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

Sæcul. XVI. posita, cujus spectaculo assidue eorum
A.C. 1569. oculis obversante sibi non tantum semel
devicti, atque in ordinem redacti vide-
bantur, sed quasi in æternam servitu-
tem se raptos quotidie vinciri, & in
triumphum duci existimabant.

Ipsimet Hispani hunc Ducis fastum
reprobabant, eoquod is potius proprio
quam alieno ore suam victoriam depre-
dicari voluerit: præterea vix unquam
in Hispaniæ aula sermo miscebatur, ut
non Rodericus Gomesius de Sylva an-
tiquus Ducis ænulus præcipue *fidelissi-
mi Ministri* titulum, quem sibi Alba-
nus arrogaverat, sibilis, ac cachinis ex-
plodebat: quinimo hanc statuam ipse-
met iniquo animo tulisse Philippus II.
dicitur, qui & eam quadriennio post
per Ludovicum Requesenem Magnum
Commendatorem, qui Albano e pro-
vincia decedenti in Belgii præfectura
suspectus est, amoveri jubebat, ut Rex
tam Belgis complaceret, quam pro-
priæ suæ cupiditati satisfaceret, æge-
ferens, quod in alterius gloriam ere-
ctum fuerit monumentum victoriæ, qua-
tamen non nisi propriis ejus armis, atque
sub illius auspiciis fuisse reportata.

§. LXXI.

*Novum vestigia in Belgio a Duke
imperatum.*

Alba

Albæ Dux populi indignationem, quam **Sæcul. XVI.**
 sibi ob superbiam, suumque fastum **A.C. 1569.**
 accersebat, parum curare videbatur, **Strada l. 7.**
 unde suæ avaritiæ, ac pecuniæ corra- **Thuan. l. 46.**
 dendæ aviditatem satiaturus convoca- **Grotius l. c.**
 tis Provinciarum Ordinibus imperabat,
 ut pro omnibus rebus mobilibus, quo-
 ties venderentur, partem decimam, pro
 immobilibus autem venditis vigesi-
 mam, & pro cunctis cujuscunque con-
 ditionis bonis tam mobilibus, quam im-
 mobilibus centesimam penderent, ut
 exinde expensæ ad bellum jam inchoa-
 tum, aut deinceps pro patriæ salu-
 te gerendum necessariæ acciperen-
 tur: obtendebatur enim, quod Hi-
 spania diuturno contra Mauros bello
 sit implicita, ac contra Turcas vali-
 dam classem instruendi necessitas ur-
 geat, ut proin ad hosce sumptus non
 levior exactio requiratur, minusque
 æquum sit, quod curæ, Regisque ex-
 pensæ in Christianæ rei tutelam unice
 intentæ, nunc alio intempstive distra-
 hantur, atque impendantur: verum
 hæ rationes populis minus comprobatae
 erant: nihil enim magis iniquum eis
 videbatur, quam quod singulorum bo-
 na æstimentur, ac insuper exactiones,
 quas immodicas esse censebant, impo-
 nerentur.

Aa 2 §. LXXII.